

[III p 12]

<sup>u</sup> demonstratiuas rationes dicit suas asserciones<sup>132</sup> magis esse rei  
 de qua loquimur consentaneas quam aliorum et inuocando auxilium  
 diuinum in fine libri terci hoc inter alia petit ut<sup>133</sup> dicat sibi  
 ipsi uconuenienter et proposito<sup>134</sup> operi decenter.

*que ref*

[III m 12]

FELIX QUI POTUIT metrum xii et ultimum istius tercii libri  
 quod dicitur Gliconium de quo habitum est supra libro primo  
 metro sexto. Postquam ostendit Philosophia que sit uvera beatitudo  
 et in quo sita (quia in Deo), hic exhortatur ad perseuerandum in  
 contemplacione et desiderio istius beatitudinis. Et circa hoc tria  
 facit. Primo dicit illum felicem qui relictis aliis diuine  
 contemplacioni intendit. Secundo docet quid huiusmodi contemplacionem  
 impedit ibi (5) QUONDAM FUNERA. Tercio huiusmodi impedimentum  
 deuitare exhortando instruit ibi (52) VOS HEC<sup>1</sup> FABULA. Dicit ergo  
 (1) FELIX scilicet est iste QUI POTUIT VISERE id est desideranter<sup>2</sup>  
<sup>u</sup>videre (2) LUCIDUM FONTEM BONI id est Deum de quo supra metro nono

-----  
 132 asserciones OP arcessiones J om. G affeciones R / 133 ut JOR  
<sup>u</sup>vel PG / 134 proposito JOR proponendo PG /

1 hec RPO huiusmodi J / 2 desideranter JOD desiderantur G  
 desiderant P desideravit R /

dicitur (23) DA FONTEM LUSTRARE BONI. Sed quia homo ad hoc  
 precipue disponitur per hoc quod ab istis terrenis affectum suum  
 retrahit ideo subiungit FELIX scilicet ille etiam est (3) QUI  
 SOLVERE POTUIT VINCULA id est affectiones GRAVIS TERRE que  
 scilicet sua <sup>u</sup>gravitate homines per affectionem sibi <sup>u</sup>vinculatos  
 deorsum trahit. Deinde cum dicit (5) QUONDAM FUNERA ostendit  
 quid istam contemplacionem impedit, quia affectus terrenorum. Et  
 hoc docet per integumentum fabule de Orpheo, cuius mencionem facit  
<sup>u</sup>Ovidius <sup>\*</sup>Methamorphoseon libro decimo; quam etiam Fulgencius in  
 Mitologia exponit non multum aliter quam hic exponam. [Fingitur  
~~autem~~ fuisse quidam citharista nomine Orpheus filius Calliope,  
 qui tanta dulcedine sonabat citharam quod non tantum homines sed  
 bruta allexit et in tantum demulsit quod impetus suos naturales  
 dimittebant. Nec tantum hoc sed <sup>et</sup> etiam <sup>et</sup> silvas <sup>et</sup> evocavit et flumina  
 stare fecit. Hic uxorem habuit Euridicem, <sup>QUAE</sup> quam cum Aristeu<sup>a</sup>  
 pastor <sup>eam</sup> adamare <sup>u</sup>voluit<sup>3</sup>, fugiens per ~~prata~~ <sup>prata</sup> calcato serpente  
 interiit et ad inferos descendit. <sup>u</sup>Quam <sup>u</sup>volens <sup>u</sup>reducere ab inferis  
 Orpheus modulacionibus deos<sup>4</sup> superos placare <sup>u</sup>ategit. Cum autem  
 non proficeret, ad infernum descendit et in tantum deos inferos  
<sup>u</sup>deliniivit quod concessa est ei uxor ea condicione quod non  
 flecteret retro aspectum, respiciendo scilicet Euridicem, antequam

---

\*

----- <sup>u</sup>  
 3 adamare voluit JOR adamaret PG / 4 deos JOR dictis PPeG /

exiret infernum. Cum autem prope exitum esset amore allectus flexit oculos ad tergum sicque uxorem perdidit.] Per Orpheum intelligitur pars intellectiva<sup>u</sup> instructa sapientia et eloquentia, unde dicitur filius Phebi et Calliope que est una de novem<sup>u</sup> Musis, que dicitur Calliope a callo quod est bonus et phonos sonus. Inde Calliope<sup>5</sup> quasi bonus sonus, propter quod significat eloquentiam et eius filius dicitur quilibet eloquentia instructus. Et quia Phebus est deus sapientie, ideo dicitur filius Phebi quia instructus sapientia. Iste autem Orpheus per suavitate<sup>u</sup>m cythare scilicet eloquentie homines brutales et silvestres<sup>u</sup> reduxit ad normam rationis, propter quod dictus est bruta et silvas<sup>u</sup> movere, sicut infra exponetur. Cuius uxor est Euridice, scilicet pars hominis affectiva<sup>u</sup> quam sibi copulare cupit Aristeus, qui interpretatur virtus<sup>u</sup>. Sed illa dum fugit per prata id est amena presentis vite<sup>u</sup> calcat serpentem non ipsum conterendo sed se ipsam, que superior est inferiori, scilicet sensualitati, applicando a qua mordetur dum per sensualitatem ei occasio mortis datur. Sicque descendit ad inferos scilicet terrenorum curis se subiciendo. Orpheus autem id est intellectus<sup>u</sup> volens eam a talibus abstrahere modulationibus placat superos id est per suavem<sup>u</sup> eloquentiam coniunctam sapientie ratiocinatur commendando celestia

ut ab istis terrenis ipsam abstrahat. Sed quia ascensus ad  
 celestia difficultatem habet propter subtractionem multarum  
 delectacionum que impediunt <sup>u</sup>virtutem per quam fit ascensus (unde  
 de ista <sup>o</sup>ascensu loquens Virgilius Eneydos sexto dicit:

superasque <sup>u</sup>evadere ad <sup>6</sup>auras,  
 hoc opus, hic labor est. Pauci, quos equus amavit  
 Iupiter aut ardens <sup>u</sup>evexit ad ethera <sup>u</sup>virtus,  
 diis geniti potuere),

ideo talibus persuasionibus non <sup>u</sup>elevatur affectus a terrenis;  
 et quia celestia talem difficultatem requirunt, ideo dicitur infra  
 quod Orpheus conqueritur superos esse immites id est crudeles.  
 Ut ergo <sup>u</sup>elevet affectum suum, descendit ad inferos ratiocinando  
 scilicet de terrenis ostendendo quot malis sunt implicita et sic  
 absolvitur <sup>u</sup>affectus a terrenis sub condicione scilicet ne dum  
 intellectus ratiocinando de terrenis respiciat a tergo flectendo  
 aspectum ad uxorem. Quod sic accipiendum est quia intellectus  
 aliquando per affectum trahitur. Unde dicit philosophus <sup>7</sup>tercio  
 ethicorum: <sup>u</sup>qualis unusquisque est talis finis videtur ei et ideo  
 eciam iudicat aliquando homo <sup>8</sup>secundum quod affectus est. Si  
 igitur intellectus ratiocinando <sup>9</sup>de terrenis flectat aspectum ad

2 v. 128-131      t 1113 a

-----  
 6 ad RPO om. J / 7 tercio JORD primo PPeG / 8 aliquando homo  
JOR homo PG / 9 ratiocinando RPO considerando (?) (cōci<sup>do</sup>) J /

affectum scilicet iudicando<sup>10</sup> terrena delectabilia, iam frustratur  
 ab elev<sup>u</sup>atione affectus et ideo non debet flectere aspectum ad  
 affectum iudicando conformiter ei antequam a terrenis abstractus  
 fuerit. Cetera istius fabule exponentur legendo litteram. Est  
 autem adv<sup>u</sup>ertendum hic quod secundum philosophum secundo  
 methaphysice non omnes recipiunt veritatem per eundem modum tum  
 propter diversam<sup>u</sup> consuetudinem<sup>11</sup> tum etiam propter diversam<sup>u</sup>  
 naturam et propter minorem instructionem in logica. Unde provenit  
 quod quidam recipiunt melius veritatem per modum demonstracionis  
 quidam<sup>12</sup> si probetur<sup>12</sup> per auctoritatem quidam si<sup>13</sup> per integumentum  
 fabularum. Unde ut Boecius talibus satisfaciat nunc demonstracionibus  
 nunc auctoritatibus utitur<sup>14</sup> et aliquando fabulas interserit sicut  
 hic. Circa istam fabulam tria facit. Primo ostendit quomodo<sup>15</sup>  
 Orpheus ad inferos descendens pro uxore rogaverit,<sup>16</sup> secundo  
 quomodo monstra inferni placaverit ibi (29) STUPET, tercio quomodo  
 uxor ei<sup>17</sup> concessa fuerit ibi (40) TANDEM. Dicit ergo primo (6)  
 VATES TREICIUS id est Orpheus qui erat de Tracia que est provin<sup>u</sup>cia

2<sup>m</sup> 995a

-----  
 10 scilicet iudicando RPO racionando scilicet iudicando J /  
 11 diversam consuetudinem RPO om. J / 12 quidam (quid J) si  
 probetur (probatur R) JOR quidam PG / 13 quidam (quid J) si JOR  
 quidam PG / 14 utitur JOR om. PG / 15 quomodo JOR quod PPeG /  
 16 rogaverit RPO rogaverat J / 17 ei RPO eius J /

quedam Grecie a parte aquilonis. Dicitur <sup>u</sup>vates quia componebat  
 carmina. Dicitur autem <sup>u</sup>vates <sup>u</sup>vel a <sup>u</sup>vi <sup>u</sup>mentis <sup>u</sup>vel a <sup>u</sup>videndo <sup>u</sup>vel  
 a <sup>u</sup>vico <sup>u</sup>vies quod est ligare. Sacerdotes dicebantur <sup>u</sup>vates a <sup>u</sup>vi  
 mentis, quia <sup>u</sup>divino furore agebantur prophetie a <sup>u</sup>videndo; poete  
 a <sup>u</sup>viendo<sup>18</sup> id est ligando quia carmina sua metris et pedibus  
 ligabant. Vide hic Hugucionem et Ysidorum Ethymologiarum libro  
 septimo capitulo de clericis et gradibus cleri.<sup>19</sup> (5) QUONDAM  
 GEMENS FUNERA CONIUGIS scilicet Euridicis (7) POSTQUAM COEGERAT  
 AMPNES id est homines fluentes luxuria STARE scilicet per  
 refrenacionem passionum SILVAS id est silvestres homines MOBILES  
 id est mobiliter: ponitur enim adiectivum pro adverbio CURRERE  
 id est <sup>u</sup>movere se ad <sup>u</sup>convivendum <sup>u</sup>socialiter more hominum FLEBILIBUS  
 MODIS id est rationibus suadentibus ad deflendum preterita commissa  
 ET POSTQUAM CONIUNXIT CERVA id est humilis et innocens homo LATUS  
 INTREPIDUM id est sine terrore <sup>u</sup>convivendo SEVIS LEONIBUS id est<sup>20</sup>  
 crudelibus tyrannis iam per informacionem abiecta tyrannide (12)  
 NEC LEPUS id est <sup>u</sup>dives timidus TIMUIT VISUM CANEM id est hominem  
 rapacem et spoliatorem<sup>21</sup> (13) IAM PLACIDUM<sup>22</sup> CANTU id est  
 predicacione et instruccione Orphei (14) CUM FERVOR id est amor  
 uxoris mortue FLAGRANCIOR id est ardencior URERET INTIMA PECTORIS

2. VII<sup>xii</sup>, 17

18 a <sup>u</sup>viende J / 19 cleri (cli) JR clerici O clericorum PPeG /

20 id est RPO et J / 21 spoliatorem RPO spoliantem (spolia<sup>te</sup>) J /

22 plaudum J /

NEC MODI id est predicacio per eloquenciam modulata (16) QUI  
 CUNCTA SUBEGERANT id est alios homines <sup>u</sup> yicerant ut morigerate  
<sup>u u</sup> yiyerent (17) MULCERENT DOMINUM ab aliis enim <sup>u</sup> yicia et improbos  
 mores sua predicacione depellens ipse nichilominus <sup>23 u</sup> yiciosus  
 mansit quia secundum <sup>u</sup> Ovidium <sup>u</sup> yicio ignominie subiacuit et exemplo  
 suo populum <sup>24</sup> Tracie illo <sup>u</sup> yicio primo infecit (18) CONQUERENS  
 SUPEROS IMMITES scilicet propter difficultatem scandendi celestia  
 ut supra <sup>u</sup> expositi vi est (19) ADIIT DOMOS INFERNAS scilicet  
 ratiocinando de terrenis. (20) ILLIC TEMPERANS BLANDA CARMINA  
 CHORDIS SONANTIBUS quod dicit propter <sup>25</sup> <sup>u</sup> suavitate[m] et dulcedinem  
 eloquencie eius (26) DEFLET id est fletum suadendo canit (22)  
 QUICQUID HAUSERAT PRECIPUIS FONTIBUS MATRIS DEE scilicet Calliope:  
 fontes <sup>26</sup> autem Calliope, <sup>26</sup> que dicitur eloquencia, sunt tres  
 scilicet gramatica rethorica dyaletica. Principaliores sunt autem  
 rethorica et dialetica unde totum effudit in eloquenciam quod de  
 istis fontibus hauserat (26) DEFLET ECIAM OMNE QUOD IMPOTENS  
 LUCTUS DABAT quasi diceret omnia <sup>u</sup> yerba ad que homo per luctum  
 impellitur posuit <sup>27</sup> in carmine et dicitur luctus impotens ab  
 effectu quia <sup>28</sup> facit hominem impotentem nec eciam hoc contentus

-----  
 23 nichilominus RPO uberius (?) J / 24 propositum (ppo<sup>m</sup>) J /

25 perper (pp) J / 26 fontes autem calliope RPO om. J /

27 posuit PG possunt R omnia posuit JD omnia imposuit O /

28 quia RPO que J /

quin etiam DEFLET id est carmine fletum suadente promit omne  
 quod DABAT id est suggerebat AMOR GEMINANS LUCTUM presencia enim  
 noci<sup>u</sup> causa<sup>u</sup> causat simplicem luctum cui si assit ausencia amati  
 duplicatur luctus propter duplicem causam et ideo dicit amorem  
 geminare luctum DEFLET inquam COMMOVENS TRENARA id est inferna  
 et dicuntur Trenara quasi lamentabilia a trenus treni quod est  
 lamentacio. Et declinatur hic Trenarus in singulari et sic est  
 nomen cuiusdam montis in quo dicitur esse <sup>u</sup>via ad infernum; in  
 plurali <sup>u</sup>vero dicitur hec Trenara et significat infernum. Sic  
 dicit Hugucio in derivacione de teneo tenes. Communiter tamen in  
 auctoribus <sup>u</sup>inveni<sup>29</sup> hoc nomen scriptum sine 'r' in prima sillaba,  
 puta in Doctrinali ubi agit de nominibus etheroclitis ubi dicitur  
 Tenarus<sup>30</sup> infernus. Sic Menalus.<sup>31</sup> Sic et Avernus. Item  
<sup>u</sup>Ovidius Methamorphoseon libro decimo: <sup>\*\*\*</sup>

Ad Stiga Tenaria est ausus descendere porta.

Item Lucanus libro nono: et aptam Tenaron umbris. Ponit accusativum  
 Grecum apud quos<sup>32</sup> est feminini generis, ut hic patet. Tamen Papias  
 sicut Hugucio scribit cum 'r', unde <sup>u</sup>videtur<sup>33</sup> quod subtractum sit<sup>34</sup>

\*

\*\*

\*\*\* v. 13

\*\*\*\* v. 36

\*\*\*\*\*

29 inveni <sup>u</sup>JORD invenitur PG / 30 tenarus <sup>u</sup>ROD trenarius P tenarius  
 G trenarus J / 31 menalus <sup>u</sup>RPO menalis J / 32 apud quos <sup>u</sup>JOR  
 apud Grecos PG / 33 unde <sup>u</sup>videtur <sup>u</sup>DPO unde dicitur J unde <sup>u</sup>videtur  
<sup>u</sup>videtur R / 34 sit <sup>u</sup>DPG est <sup>u</sup>JOR /



'r' in predictis auctoribus <sup>u</sup> yicio scriptoris. (27) ET DULCI  
 PRECE VENIAM id est relaxationem uxoris sue (28) ROGAT DOMINOS  
 UMBRARUM id est deos<sup>35</sup> infernales qui sunt honores et potestates  
 terrene quarum <sup>u</sup>servituti obligatus est affectus. Deinde cum dicit  
 (29) STUPET ostendit quomodo Orpheus placaverit <sup>u</sup>monstra infernalia  
 primo incipiens a cane qui fingitur ianitor inferni et habere  
 tria capita. Per istum canem intelligitur terra, quia sicut  
 canis carnes mortuorum lacerat et <sup>u</sup>vorat sic terra. Unde et canis  
 iste Cerberus dicitur quasi <sup>u</sup>vorans carnes. Qui dicitur habere  
 tria/capita propter tres principales partes terre scilicet Asiam  
 Europam et Affricam. Et<sup>36</sup> propter tria capita <sup>u</sup>vocatur TERGEMINUS.  
 Dicitur igitur TERGEMINUS id est canis iste (30) IANITOR<sup>36</sup>  
 scilicet inferni CAPTUS NOVO CARMINE STUPET quia nulla est pars  
 terre in qua non sit admirabilis sapiencia et eloquencia et<sup>37</sup> ut  
 non<sup>37</sup> mulceantur per eam feri et crudeles. Vel per<sup>38</sup> canem istum  
 intelligitur ira que ad modum canis est corrosiva. Cuius sunt  
 tria capita id est <sup>u</sup>tres species: una naturalis a qua dicitur homo

-----  
<sup>u</sup>35 deos RPO dominos J / 36 et propter tria (ista tria G) capita  
 vocatur tergeminus dicitur (dicit R) igitur tergeminus id est canis  
 iste (ille iste PeG ille R) ianitor RPeG et propter tria capita  
 vocatur tergeminus id est canis iste ianitor D iste ianitor PJO /  
 37 et ut non JOD ut non PPeGR / 38 <sup>u</sup>vel per JOR quia per PPeG /

irascibilis; alia actualis<sup>39</sup> <sup>u</sup> vel causalis<sup>39</sup> a qua dicitur iratus;  
 tertia inveterata <sup>u</sup> vel habituata.<sup>40</sup> Quarum quamlibet demulcet  
 sapiencia. Vel secundum Ysidorum libro xi. Ethymologiarum  
 capitulo de portentis <sup>u</sup> per hunc canem trium capitum significantur  
 tres partes etatis per quas<sup>41</sup> mors hominem <sup>u</sup> devorat id est per  
 infanciam iuventutem et senectutem, quarum quelibet admiratur  
 sapienciam. Deinde describit aliud monstrum, ubi notandum quod  
 omne scelus <sup>u</sup> vel est in cogitatione <sup>u</sup> vel in sermone <sup>u</sup> vel in opere,  
 propter quod ponuntur esse tres dee sceleris que propter connexionem<sup>42</sup>  
 istorum ad invicem dicuntur esse sorores. Quarum prima <sup>u</sup> vocatur  
 Allecto secunda Thesiphone tertia Megea, quas tamen aliter  
 distinguit Ysidorus Ethymologiarum libro octavo <sup>u</sup> capitulo de diis  
 gencium dicens: aiunt et tres furias feminas crinitas serpentibus  
 propter tres effectus qui in animis hominum multas perturbaciones  
 gignunt et interdum cogunt delinquere ut nec fame nec periculis  
 suis respectum habere permittant: Ira quia <sup>u</sup> vindictam cupit;  
 Cupiditas que desiderat opes; Libido que appetit <sup>u</sup> voluptates. Que  
 ideo Furie<sup>43</sup> appellantur quod stimulis suis mentem feriant et

Give  
reference

de XIII iii, 33

-----  
 39 actualis <sup>u</sup> vel causalis PeG actualis PJ causalis ORD casualis (?) M /  
 40 habituata (habitiata J) JPeGODM habituata que dicitur odium PR /  
 41 quas JOR quam PG / 42 connexionem JR connexiones R commixtionem  
PPeGO / 43 furie RPO furiose J /

quietam esse non sinant. Et ideo eciam dicuntur (32) ULTRICES  
 SCELERUM quia sceleri semper penam mentis adiungunt. Et possunt  
 adaptari per suas interpretaciones quia Allecto interpretatur  
 impausabilis et significat cupiditatem, Thesiphone<sup>44</sup> supposita <sup>u</sup>fox<sup>45</sup>  
 et significat libidinem, Megera magna contencio et significat iram.  
 Dicit ergo (32) DEE ULTRICES SCELERUMQUE AGITANT SONTES id est  
 sceleratos METU quia scelerati semper timent. (33) IAM MESTE id  
 est dolentes MADENT LACRIMIS quia agitati talibus affectibus<sup>46</sup>  
 ad informacionem sapientis dolent de crudelitibus commissis.  
 Tercium monstrum quod describit est pena Ixionis de quo fingitur  
 quod <sup>u</sup>voluit concumbere cum Iunone unde accepit cognomen audacis  
 quia <sup>u</sup>voluit ita alte querere amorem. Cui Iuno posuit nubem in qua  
 recepto semine nati sunt centauri. Ipse autem iudicatus inferno  
 continue <sup>u</sup>voluitur in rota, cuius integumentum est quod<sup>47</sup> Iuno  
 significat <sup>u</sup>vitam actiyam que consistit in curis temporalium. Unde  
 dicitur esse no<sup>u</sup>verca Herculis quia talis <sup>u</sup>vita inimica est sapienti  
 et <sup>u</sup>virtuoso. Cum hac <sup>u</sup>voluit Yxion concumbere quando aliquis in ea  
 querit delectacionem beatitudinis. Sed Iuno interponit<sup>48</sup> nubem  
 quia per hanc <sup>u</sup>vitam incurrit homo obscuritatem racionis. Unde

---

-----  
 44 thesiphone ROD thesiophone PPeGJ / 45 supposita <sup>u</sup>fox JOR  
 supposita <sup>u</sup>vel sumpta <sup>u</sup>fox (<sup>u</sup>orum P) PPeG / 46 affectibus JOR  
 sceleribus <sup>u</sup>vel affectibus PPeG / 47 quod RGOD et J / 48 interponit  
RPO interposuit J /

nascuntur centauri qui in parte sunt homines et in parte equi  
quia in parte sunt racionales et in parte irracionales. Qui  
apud inferos in rota <sup>u</sup>volvitur quia deditus curis temporalibus  
continue <sup>u</sup>elevatur prosperitate et deprimitur <sup>u</sup><sup>49</sup> adversitate. Que  
quidem rotacio desistit quando homo sapientia instructus talia  
contempnit. Unde dicit Philosophia <sup>50</sup> (35) VELOX ROTA NON  
PRECIPITAT CAPUT YXIONUM <sup>51</sup> id est Yxionis scilicet Orpheo canente.  
Quartum monstrum quod <sup>52</sup> tangit est pena Tantali qui fingitur  
lacerasse filium suum et dedisse eum diis ad comedendum, pro quo  
dampnatus in inferno dicitur habere aquam usque ad mentum et poma  
ante os suum pendencia et tamen fame et siti deficere quia cum  
<sup>u</sup>vult pomum <sup>u</sup>vel aquam carpere subterfugiunt. Tantalus <sup>u</sup>avarum  
significat qui filium <sup>53</sup> suum lacerat dando eum diis <sup>53</sup> ad comedendum  
quia quicquid natura carum habet lacerat et exponit ut <sup>u</sup>divicias  
acquirat. Quibus tamen cum habundaverit in egestate est quia non  
sustinet in necessitatibus suis ea expendere quia delectatus <sup>u</sup>visu  
pecunie non <sup>u</sup>vult <sup>u</sup>acerum <sup>u</sup>diminuere. Unde dicit (37) ET TANTALUS  
PERDITUS LONGA SITI scilicet <sup>u</sup>avaricie SPERNIT FLUMINA id est  
<sup>u</sup>divicias que more fluminis labuntur. Quintum monstrum est pena

---

-----  
49 deprimitur JOR deicitur PPeG / 50 philosophia JORD om. PPeG /  
51 yxionum RPO yxionem J / 52 quod RPO et J / 53 filium suum  
lacerat dando eum diis JORD dat filium diis PPeG /

Ticii qui fingitur <sup>u</sup>voluisse concumbere cum Latona matre Appollinis. Unde interfectus est ab Appolline et in inferno relegatus, cuius iecur <sup>u</sup>vultur <sup>u</sup>devorat.<sup>54</sup> Ticius philosophus fuit qui in inquisitione futurorum intentus arte <sup>m</sup>divinacionis <sup>u</sup>exercuit. Unde dicitur <sup>u</sup>voluisse concumbere cum Latona matre Appollinis qui est deus <sup>u</sup>divinacionis. Latona dicitur quasi latitona id est incertitudo futuri temporis que homines latet. Que quidem incertitudo quia est causa <sup>u</sup>inveniendi <sup>u</sup>artem <sup>u</sup>divinacionis dicitur mater Appollinis. Sed sagittis<sup>55</sup> Appollinis occiditur quia <sup>u</sup>diversis <sup>u</sup>speciebus <sup>u</sup>divinacionis intentus nimio studio quasi mortuus absorbetur. Cuius iecur <sup>u</sup>vultur apud inferos dicitur comedere quia cura et <sup>u</sup>aviditas <sup>u</sup>voluntatis que secundum phisicos<sup>56</sup> dicitur <sup>u</sup>figere in iecore, ut dicit Ysidorus libro xi, capitulo de homine et partibus eius. <sup>u</sup>Ipsum iecur continue depascit. Sed hec<sup>57</sup> cura cessat per informacionem sapientis. Unde dicit (38) VULTUR DUM SATUR EST MODIS id est modulacionibus NON TRAXIT IECUR id est epar Ticii. Secundum Ysidorum Ethymologiarum libro 12, capitulo de <sup>u</sup>avibus <sup>u</sup>vultur a <sup>u</sup>volatu tardo nominatus magnitudine quidem corporis <sup>u</sup>prepetes <sup>u</sup>volatus non habet. Harum quasdam dicunt coitu non misceri et sine copula concipere et generare natosque

a XI, 125    b XII vii, 12

54 devorat RPO devoravit J /    55 sattitis J /    56 phisicos JORD  
 platonicos PPeG /    57 hec RPO huius vel huiusmodi (h9) J /

earum pene usque ad centum annos durare. Vultures autem sicut  
 et aquile eciam ultra maria <sup>u</sup>cadavera <sup>u</sup>senciunt alcius quippe  
<sup>u</sup>Volantes multa que obscuritate <sup>u</sup>fallium celantur ex alto  
 conspiciunt. Deinde cum dicit (40) TANDEM ostendit quomodo uxor  
 Orpheo reddita fuerit. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit  
 quomodo fuerit reddita, secundo quomodo fuerit perdita ibi (47)  
 QUIS LEGEM. Dicit ergo (40) TANDEM ARBITER UMBRARUM id est  
 Radamantus (secundum commentatorem) qui apud inferos dicitur  
 animas cogere ad fatendum commissum et unicuique secundum merita  
 penas distribuere. Unde interpretatur iudicans <sup>u</sup>verbum, de quo  
 Virgilius libro sexto Eneydis dicit loquens de locis penalibus: 2  
 Gnosius<sup>58</sup> hec Radamantus<sup>59</sup> habet durissima regna  
 castigatque auditque dolos subigitque fateri  
 que quis apud superos furto letatus inani  
 distulit in seram commissa piacula mortem.

(41) MISERANS quia eciam tyrannica crudelitas ad misericordiam  
 suasionem sapientis et eloquentis perducitur. Ait (40) VINCIMUR  
 quia fatetur sapienciam <sup>u</sup>vincere tyrannicam <sup>a</sup>crudelitatem DONEMUS  
 VIRO COMITEM id est non detineamus eius effectum sed permittamus  
 commitari intellectum sapientia informatum (43) CONIUGEM EMPTAM

a v. 566-569

58 gnosius OP generossius J g'nosius RD / 59 radamantus DG  
 redamantus PJO rodamantus R /

CARMINE id est eloquencia sapiencie. (44) SED LEX DONA COHERCEAT  
 quasi diceret non simpliciter dabimus sed apponemus condicionem  
 quam <sup>u</sup> vocat legem et est lex ista (46) NEPHAS SIT FLECTERE LUMINA  
 scilicet ad tergum <sup>u</sup> versus uxorem id est quod <sup>u</sup> faceat motibus  
 affectus DUM id est donec LIQUERIT TARTARA id est donec affectus  
 abstractus fuerit a terrenis. Deinde cum dicit (47) QUIS LEGEM  
 ostendit quomodo Orpheus uxorem perdiderit scilicet quia non  
<sup>u u</sup> servavit legem datam propter magnitudinem amoris. Unde dicit  
 (47) QUIS DET LEGEM AMANTIBUS ? quasi diceret amor non potest co-  
 herceri lege unde ex amore intenso transgreditur homo legem, unde  
 forcior est amor ad impellendum<sup>60</sup> quam lex ad coercendum, propter  
 quod subdit (48) MAIOR id est forcior LEX AMOR EST SIBI scilicet<sup>61</sup>  
 quam lex a quocumque alio imposita quod bene apparuit in Orphea  
 qui propter amorem fregit legem. Unde subdit (49) HEU PROPE  
 TERMINOS NOCTIS id est inferni (50) ORPHEUS EURIDICEM SUAM id est  
 sibi iam concessam (51) VIDIT respiciendo eam a tergo id est in  
 delectacione<sup>62</sup> <sup>u</sup> temporalium <sup>u</sup> faceudo et per consequens PERDIDIT  
 scilicet ab inferis non extrahendo OCCIDIT in inferno eam  
 relinquendo. Deinde cum dicit (52) VOS HEC FABULA applicando  
 fabulam hanc ad propositum hortatur <sup>u</sup> vitare illud quod contemplacionem

---

60 impellendum RPGD implendum JO / 61 scilicet RPO sed J /

62 in delectacione RPPeGOD delectacioni J /

NB T <sup>hanc</sup>  
 occidit as  
 "killed"

summi boni impedit. Unde communiter homines alloquendo dicit  
 HEC FABULA RESPICIT VOS quia scilicet ad <sup>u</sup>vestram informacionem  
 est inducta (53) QUICUMQUE QUERITIS id est <sup>u</sup>vultis (54) DUCERE  
 MENTEM id est contemplacionem mentis IN SUPERNUM DIEM id est bona  
 superna. (56) NAM QUI VICTUS scilicet cupiditate terrenorum  
 FLEXERIT LUMINA scilicet racionem et intellectum a celesti bono  
 IN SPECUS<sup>63</sup> TARTAREUM id est ad terrena <sup>u</sup>favendo cupiditati uti  
 supra expositum est (57) QUICQUID PRECIPUUM TRAHIT id est quicquid  
 boni laborando <sup>u</sup>adquisivit per sapienciam et eloquenciam (58)  
 PERDIT DUM VIDET INFEROS id est dum est intentus istis terrenis  
 et temporalibus que sunt infima. Et hic<sup>64</sup> terminatur liber  
 tercius continens<sup>65</sup> prosas 12 et metra 12.<sup>65</sup>

---

-----  
 63 in specus JD inspectus PPeGR in impetus Q / 64 hic JOD in hoc R  
 sic PPe om. G / 65 continens prosas 12 et metra 12 JORD om. PPeG /